



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

39. Quid si in Ecclesia Cathedrali sint Monachi regulares etiam Canonici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

conf. 411. n. 31. & 33. Menoch. lib. 2. p. 18. nu. 3. Farin. dec. 37. part. 1. & dec. 121. ibid. signanter porro, si ejusmodi Jurisdictio non motu proprio, sed adpartis postulationem concessa sit. Barth. auth. habita n. 59. v. 1. & adverte in causa visitatorum, C. ne Filii sine Patre. Aret. conf. 102. n. 2. Farin. d. dec. 37. prout & cum de mente concedentis constat, quod Jurisdictionem privative concedere voluerit. Far. dec. 121. n. 3. p. 1. Fel. c. Pastor. de offic. Ord. Rom. conf. 393. aut si non sit alius cum quo Jurisdictio cumulative concedi poterit. Far. d. dec. 221. n. 4. part. 1. Quod & iterum limita in Abbatis Ecclesias suas sibi pleno jure in temporibus ab immemoriali tempore Ecclesias suas sibi pleno jure in temporibus & spiritualibus subjectas, c. Pastoralis ubi DD. de offic. ord. Far. d. dec. 37. n. 1. quæ immemoralis possessio probari potest per sententias aut enuntiativas antiquas. Puteus dec. 209. n. 2. & 3. li. 2. Far. d. dec. 37. in fi. quæ de re ego etiam quæ atque alio in loco, quæ tamen immemoralis consuetudo derogare nequit Jurisdictioni & potestati, quam Episcopi vigore Conc. Trid. habent in concernentibus visitationem, uti sacro Rotæ Auditorio definitum fuisse tradit Farin. dec. 62. part. 3.

QUESTIO XXXVIII.

Quid si Abbas in puniendo sit negligens? aut non congrue puniat?

Episcopus ejusmodi negligentiam supplere poterit, uti plene respondit Rom. conf. 375. & ego etiam alio in loco ostendi tom. 2. part. 1.

QUESTIO XXXIX.

Quid si in Ecclesia Cathedrali sint Monachi regulares etiam Canonici.

1. Episcopus habet Jurisdictionem in Monachis Regularibus Ecclesie Cathedralis. 2. Nisi obstet contraria indulta & privilegia. 3. Quod extenditur ut numeris sequentibus. Ecclesia Cathedralis regularis, quales per orbem Catholicum non pauca sunt, Episcopus est caput, & velut Abbas: Monachi verò velut loco Canonicorum. cap. 1. de iudic. ubi aggregantur Doctores. Furi. dec. 69. n. 1. in quos Episcopus de jure communi, exceptis iis quæ Regularia eorum instituta concernunt, omnimodam habet jurisdictionem. c. 1. ne sede vac. Glo. c. nullus vers. ut Episc. etiam secularis de elec. c. 6. ubi Ansh. n. 3. lo. And. n. 3. Gen. n. 7. Fran. n. 3. nisi tamen obstent Indulta aut Privilegia contraria, ut respondit Corneus conf. 193. li. 2. Idq; non obstante quod nonnulli ce- leant Episcopi dumtaxat supplere negligentiam superioris Monachorum. Ab. c. quanto tut in Ecclesia Cathedrali regulari. Far. dec. 69. n. 6. p. 1. Capel. Thol. dec. 309. Innoc. d. c. quanto n. 2. Host. n. 9. lo. And. n. 15. Ansh. n. 6. Bob. n. 4. Ber. hachic. trac. de Episc. l. 4. p. 2. g. 25. n. 81. id quod plenius à mixtura Monachationis & secularitatis possit ex iis consti- tari, quæ plene tradit Rom. l. stipul. n. 19. 24. & 25. ff. de verb. oblig. ut nec non obstat, si Monachi habeant mensa, & jura sua separata à juribus Episcopi: quia inde ad exem- ptionem ab ejus jurisdictione inferri non potest. DD. c. edoceri de Reser. Far. d. dec. 69. n. 9. nec etiam obstat Concil. Trident. sess. 21. c. 8. quia illud loquitur de Monachis existentibus in locis exemptis à Jurisdictione ordinarii. Far. d. dec. 69. n. 10. part. 1.